

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: 7.

Citation: Worm, Jacob: "7.", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 256. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732316768/facsimile.pdf> (tilgået 22. september 2021)

Anvendt udgave: . - [1968]

- 6.
- 501 Temporis in bello inutiliter protracti et triti, proditionum
impunitarum, disciplinæ militaris non [excultæ], sed nimiam
indulgentiâ prostratæ, stipendiorum gregario militi furtô
504 officiorum nefariè surreptorum, vagarum libidinum, et
imprudentiæ bellicæ fructus et effectus est pax coacta, tur-
pis, noxia, infamis, et æternum exitialis.
- 7.
- 507 Insignia et privilegia antiqvæ ac verâ nobilitatis non quibus-
libet, multò minus iis, qui caput circumferunt tribus [anti-
510 cyris] insanabile, impetu cæcò, nec quavis de causa sunt
deferenda, status enim nobilium, Ecclesiasticorum, studio-
sorum, mercatorum non sunt confundendi, sed intra suos
513 limites coarctandi.
- 8.
- 516 In aulis ac Regnis Principum, pro uno veritatis intrepido
precone ac buccinatore, mille existunt adultores, et assen-
tationum doliqve mali professores: scilicet veritas odium parit.
- 9.
- 519 Jtâ in officio sibi demandato se geret [regnantium] quisqvis,
ut nê subjectorum omniumqve bonorum diris, sugillationibus,
atqve exsecrationibus obnoxius malè audiat.
- 10.
- 174 522 Princeps seu unctus Domini sæpissime est optimus atqve
inculpabilis, sed ab adulatoribus hominum genere pestilen-
525 tissimò, atqve à suis vice-reginis honestati ac Deo infensissi-
mis, in pejus mutatus Deo inimicus ac regno noxius per
corruptionem damnosam evadit.